



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nervi Sine Mole: h. e. Controversiarvm Roberti Bellarmini
S. Rom. Ecclesiae Cardinalis Eminentissimi Compendium,
à cavillis & imposturis Guilielmi Amesij ... Vindicatum**

Erbermann, Veit

Heripoli, 1661

Cap. V. Solvuntur Obiectiones contra V. & VII. Assertionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9498

CAPVT QVINTVM.

Solvuntur specialiter Objectiones contra quintam & septimam Propositionem.

I. Scriptura testatur quosdam homines à DEO excari & indurari. Sic est, quia hinc infertur? Ego non datur illis aliquando gratia sufficiens ad resurgendum, saltem remota, ut possint salvati, si seruvelint, nego sequel. Ergo non datur illis quovis momento, concedo; ut & si post gravem lapsum non supervivant pro aliquo notabili tempore. Pro nobis aperiè stat illud 2. Pet. 3. patienter agit DEV propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad pænitentiam reverti. Et S. Prosper ad Obj. 25. nemini DEVIS correctionis admittit viam, nec quenquam boni possibiliter despoliat. Sed Replicat Amelius, Iuxta Bell. l. 2. di amiss. gr. c. 14. obcoecatio & obduratio est, qua sit, ut homo justo DEI iudicio peccata præterita punientis, ita destituatur auxilio divino, ut non possit moraliter non cadere: quomodo ergo potest induratus dum talis manet, sufficiens auxilium habere ad duritiam repellendam? Sed mox sequitur apud Bell. solutio huius dubii in 3. Observatione, scil. hanc impotentiam, qua homo excoecatus vel obduratus non potest videre quod videndum est, non esse absolutam, sed ex hypothesi. Nam licet homo, dum est coecus & obduratus, non possit cernere & cedere: tamen absolute potest, quia potest cum DEI gratia removere coecitatem & obdurationem, quibus remotis cernere poterit & cedere. Nunquam enim DEVIS ita destituit, quin saltem juvet ad impenetrandam gratiam, & vires, quibus obduratio tolli possit, quando tenetur homo converti ad fidem vel justitiam, & nisi faciat peccatum. Proinde qui non potest facere quod debet, suaculpa non potest, &

ideo

Cap. 5.
ideo pec
petraret.
induratio
terum neg
firma: H
& miseric
tur suffici
misericor
corde ref
sequitur
II.
omnes gent
si virtute
ficientis
poribus
men idee
providen
go non m
que legi
sine testim
postolus:
si fuerun
secundum
suam, (u
omni aux
Manifest
DEV M
qui non c
DEO qu
III.
cante? At
iū omnib
Resp. H
& imme
auxilium
de Verit
Siquis in
rever in a

Cap. 5. Solvuntur obiectiones Prædestinationariorum 95
ideo peccat; quia si pateret auxilium, utique im-
petraret. Instat adhuc Amelius: *Misericordia &*
induratio inter se opponuntur, ita ut ex uno affirmato, al-
terum negetur. Rom. 9. 18. Consequentia igitur est
firma: *Hic homo est induratus.* Ergo est auxiliis gratia
& misericordia destitutus. Resp. Induratio opponi-
tur sufficienti omni misericordia, nego; magaz illi
misericordia, congrua & efficaci, quæ à nullo duro
corde respuitur, concedo assumptum; unde non
sequitur universaliter Amelii Illatum.

II. Actio. 14. 16. & 17. 31. DEVS dimisit
omnes gentes ingredi vias suas. At quomodo hinc ni-
si virtute Quodlibeticæ infertur negotio gratia suffi-
cientis? Etsi enim non ita largiter antiquis tem-
poribus ut postea fluxit DEI gratia; nunquam tam-
en ideo ea mensura gratia defuit, quæ divinæ
providentia sufficiens & necessaria visa sit. Etsi ergo
non miserit ad eos Patriarchas & Prophetas, ne-
que legem scriptam dederit, uti ludas: tamen non
sine testimonio semetipsum reliquit, ut ibid. testatur A-
postolus, ideoque inexcusabiles ait eos Rom. 1. Certè
si fuerunt inexcusabiles, quod DEV M non glorificaverint
secundum notitiam, neque etiam secundum potentiam
suam, (ut fatetur Amelius,) non potuerunt carere
omni auxilio ad resurgentum à peccatis sufficiente.
Manifestum est enim, eum minime glorificare
DEV M secundum notitiam & potentiam suam,
qui non conatur resurgere à peccatis, & reconciliari
DEO quem unicè peccando offendit.

III. Rom. 10. 14. Quomodo credent sine pradi-
cante? At multis non est prædicatum Evangelium. Ergo
sū omnibus non datur sufficiens ad salutem auxilium.
Resp. Hinc recte negatur illis gentibus proximum
& immediatum, non verò medium & remotum
auxilium sufficiens. Vnde cum S. Thoma q. 14.
de Veritate art. 11. communiter dicunt Theologi:
Siquis in sylvis nutritus ductum rationis naturalis seque-
retur in appetitus boni, & fuga mali, certissimè credendum

Eccc

ef,

est quod DEVS ei, vel per internam inspirationem revelari mysteria, vel ad eum prædicatorem dirigeret. Hoc pon accipiendum est de iis infidelibus adultis, qui rationis pollut: nam de innumeris barbaris, qui brutis pecudibus quam hominibus sunt similiore sufficiens gratia propriè non datur magis quam infantibus; unde de utrisque pariratione statuer dum videtur. Certè de utrisque probabiliter disponit, quod careant gratia sufficiente etiam remota multis contendit contra Suarem & alios plerosque Franc. Macedus in Scrinio S. Augustini cap. XI. Se quicquid de his sit, de adultis rationis usu polletibus procedit Bellarmini & communis responsio quod facientibus iis quod in se est (independent non ab omni gratia, sed à gratia Theologica stricti dicta & supernaturali) D E V S non deneget gratiam. Quomodo autem hinc non videantur bona opera naturalia mereri de congruo Gratia supernaturem adeoque Iustificationem, (quo non posset sine periculo Semipelagianismi admitti, cum faceret Gratiam quasi pedissequam Naturæ) id variè explicant in Tract. de Gratia Placet explicatio hæc præ aliis, quæ ait, Si post peccatum natura humana non fuisset redempta, debuerent homines habere vires saltem physicas ad vindicandam pœnam sensus æternam, imò verisimile est, quod ex DEI misericordia habuissent etiam vires morales. Si ergo fecissent multa bona opera naturalia, utique per ea meruissent, ut D E V S alrumperet illis vitam, atque ita eos auferret periculo committendi peccatum mortale, & sicut currendi pœnam sensus æternam. At postquam Christus obtinuit iterum elevari Naturam ad statutum supernaturem, conjuncta fuit (ex lege DEI extrinseca, sed infallibili) vitatio Inferni in adulorum consecutione visionis divinæ: & quoniam m

Cap. 5.
ita natu
possunt e
um bene
ter nocer
darentur
quis in
nem infe
gratiam
Infernij
titudine.
Etum cu
tatem, q
um in o
enim pri
gruum si
nus hum
datur in
rito nost
non vult
feligat po
operant
sed quia
liores q
ex sua
privatis
liùs mor
connubi
ta illa li
agat Re
sum.

I
Pater tra
dicit à P
si qui
quia na

rita naturalia non extenduntur ad hanc, ideo neque possunt extendi ad illam. At Christus noluit, suum beneficium per accidens aliquibus inculpabili-
ter nocere, ideoque impetravit à DEO, ut quoties darentur ea opera bona naturalia, per quæ posset quis in natura lapsa non elevata mereri vitatio-
nem in inferni, DEVS ex merito ipsius Christi daret gratiam sufficientem ad obtainendam vitationem Inferni quamvis connexam cum supernaturali bea-
titudine. Et sic commodè intelligitur illud pa-
ctum cum Christo initum per aliquam congrui-
tatem, quæ non includat ullum meritum congru-
um in ordine ad præmium supernaturale. Illa enim prior congruitas in eo sita est, 1. quòd con-
gruum sit DEO uti sua liberalitate, elevando ge-
nus humanum ad maximum bonum; & hæc fun-
datur in ipsa bonitate DEI, nullatenus verò in me-
rito nostro. 2. quòd congruum sit DEO, ut quando non vult omnes proximè elevare ad tale bonum,
seligat potius illos, qui secundum suas vires melius operantur; non quia id ipsi mereantur positivè,
sed quia congruum est DEO seligere potius me-
liores quam minùs bonos. Sicut si Rex vellet ex sua humanitate ducere uxorem aliquam ex privatis subditis; congruum esset, ut eligeret me-
liùs moratam; non quia virgo illa per tales mores connubium regium meruisset, sed quia supposita illa liberalitate decretâ in genere, prudenter agat Rex si meliorem seligat ex eo ordine subdito-
rum.

IV. Ioan. 6. 44. Nemo potest venire nisi Pater traxerit eum: & omnis qui audivit & di-
dicit à Patre, ad me venit. Nemo potest venire, ni-
si qui trahitur. Non autem trahuntur omnes,
quia non veniunt omnes. Ergo non possunt omnes
venire.

Eeee 2

venire.

venire. Resp. 1. Minor est falsa de tractatione inchoata & sufficiente, ut absolute posset qui audiri discere à Patre; de tractatione completa, seu per tractatione congrua & efficaci conceditur. Resp. 2. absolute loquendo, verba illa Christi verius apud ipsum de posteriore hac per tractatione congrua & efficaci accipiuntur, quæ si illicet ita suadet, ut persuadeat. Dicitur autem non posse venire, qui non trahitur ita per gratiam efficacem, non quod absoluere non possit, sed quia infallibiliter non veniet sicut etiam contraria qui trahitur, potest absoluere non venire, tamen infallibiliter venit. Infer hinc Amesius: *Ergo iuxta Bell. absolute potest is credere in Christum qui non trahitur à Patre non docetur à DEO non audit & dicit, vel cui non est datum à Patre.* Resp. Omnino poterit credere, qui coepitus est trahi, & adivit à Patre per gratiam prævenientem & excitantem, adeoque habuit auxilium sufficiens, ut quod reliquum est ad hoc ut per trahatur & dicatur, orando & cooperando dicat cum illa Cant. *Trahemus &c.* Sic Act. 17. sufficientem gratiam habebant omnes qui in Areopago Paulum audierant differentem de Christo & resurrectione mortuorum. *Sed quidam quidem irridebant; quidam vero dixerunt; audiamus te de hos iterum; Quidam vero viri adhaerentes ei, crediderunt &c.* Itaque ly nemo potest, in illis Domini verbis, intelligenda sunt de potentia non antecedente, sed consequente, ut illa ejusdem Evangelistæ cap. XII. v. 39. non poterant credere. Quis autem dubitet, Iudeos illos coram quibus tanta signa Christus fecisse dicitur ibid. v. 37. non credendo gravissimo infidelitatis scelere se obstrinxisse, adeoque habuisse potentiam antecedentem & auxilium sufficiens ad credendum? Quorsum enim Dominus illis prædicaret, signa tot & tanta coram eis faceret, hortaretur eos ad fidem, reprehenderet & inexcusabiles diceret, si non dedisset eis auxilium, quo possent credere?

LIBER

LIB

CA



Amesius.
re, ut de ea
curata, ne
defendi, sic
tio lib. arb.
ipse fateur
trii, si qu
electio fi
tionis. I
nianam,
suam Lu
fingere n
ra est. C
ram ele&
viter & i